

2. D. B. V.  
SERENISSIMI PRINCIPI AC DOMINI  
D O M I N I

**W**ILHELMI **E**RNESTI

DVCIS SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ, MON-  
TIVM, ANGARIÆ WESTPHALIÆQVE, LANDGRAVII  
THVRINGIÆ, MARCHIONIS MISNIAE, PRIN-  
CIPIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET  
RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII  
DOMINI AC NVTRITORIS SVI CLEMENTISSIMI  
NATALEM,

*qui est trigesimus Octobris dies,*

in æde academica  
pro fide & pietate obnoxia

*An. 1702.*

devotissimè celebraturus

ACADEMIÆ MAGNIFICVM  
DN. R E C T O R E M  
CÆTEROSQVE PROFESSORES  
CELEBERRIMOS

*nec non*

DOCTORES AC STUDIOLOS NOBILISSIMOS

ad confortium propositi ac benignam natalitiæ  
orationis auscultationem

*officiosè ac perhumaniter sollicitat*

D. IOHANNES PAVLVS HEBENSTREIT,

Sacrae Theologiæ, Historiæque Ecclesiasticæ Prof. P. Ordinarius, Confiliarius  
Consistorialis Saxonicus, Alumnorum Ducalium Ephorus, &  
Facultatis Theologiæ

DECANVS.

---

J E N Æ  
TYPIS CHRISTOPHORI KREBSII.

1774  
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI

WILHELMI RINESTI

PAUCIS SAXONIAE, SILESIAE, CIVITATUM  
TIUM, ANSALAE, WESTPHALIAE, DANUBII  
THURINGIAE, MARCHIONIS, MESSIAE, TRIN  
CRIS HENNENBERGII, COMITIS MARCHAE  
RAVENSBURGAE, PALLISAE, RAVENSBURGII  
DOMINI AC VITTELORIS SV. GERMANICISSIMI  
NATALI

in aedibus  
pro hoc se proprio consilio  
an  
dividit et ab omnibus

ACADEMIAE MAGISTRALIAE  
DR. R E G T O R E M  
CETEROSQUE PROFESSORES  
CENSURARIOS

DOCTORES AC STUDIOSI HONORARIOS  
ad conferendam propositam solam  
officium et potestatem

D. IOHANNES BAVINUS HEBENSTREIT  
Sicut Theologus, Ethicorum, Philosophiae, Historiae, Geographiae, Astronomiae, Mathematicae, Medicinae, Juris, et  
Commodiorum scientiarum, et omnium liberalium  
Lecturae Praefectus  
DECANUS

1774  
FRANCOFURTI





**Q**Vando per Europam latè furialia  
rursus  
Bella fremunt, dubiumque quatit dis-  
cordia mundum;  
Funera quæ Martis tremulo plangore fatentur,  
Quos edunt gemitus, trunco quàm murmure  
plorant

Oppida magnorum Regum? Quis terror ubivis  
Totos exanimat populos? quis mucro, quis ignis  
Terras vastat eas, regum quas scepra potentum  
Propugnant? Italos minitans quis turbo subegit?  
Quis metus Hispani, toto qui litore cernit  
Classem Belgarum volucrem, dubiisque Britannos  
Adspicit advectos ventis? Livonia torvas  
Rufforum facies horret Scythicasque phalanges,  
Quæ loca sacrilegis delent sanctissima tædis.  
Magnus Rex sæpè est felix bellator ubique,  
Vicini domitor, vasti pacator & amnis;  
Nec tamen armatæ laudes depellere possunt  
Undique bellorum rabiem: Mox cæde cruentæ  
Immani turmæ veniunt, ac more ferarum  
Nullis ordinibus parcunt; non sexus inermis,  
Mollior haud ætas rabido subducitur ensi.

);( 2

Omni-

Omnibus ast illis ditio est felicior oris,  
DUX cui Vinariæ præest. Non sævus in illa  
Debacchatur eques, lituorum nemo tremiscit  
Horrifonum strepitum. Galli lacrimabile nomen  
Incola non novit. Quod limite tutus inermi  
Et metuens hostile nihil nova culmina fundet,  
Grates civis agit. Nunquam sub Principe tanto  
Tristia confines foedarunt funera belli  
Terras Vinariæ. Jenensis Musa quiescit,  
Nec peditis fremitu tacita turbatur in arte,  
Nutritore pio nostram curante salutem.

Tantum præsidium canimus, decus illud in orbe  
Christiadum prælustre pio venerabor honore,  
Tàm celsas festo celebrabo carmine dotes.  
O mundi communis amor, DUX Optime, Princeps  
Spe major, famâ melior, cui militat omnis  
Musarum coetus, salvò TE tempora quereu  
Pierides velant, & lætæ publica pangunt  
Carmina, lætatur civis, plauditque senator,  
Votaque patricio certant plebeja favori.  
Alma salus patriæ, Musæ tutela labantis,  
O Princeps, servata vocat quem patria Patrem,  
O Princeps, servata vocat quem Musa parentem,  
Non sic militibus laurus, non frugibus imbres,  
Prospera non fessis optantur flamina nautis,  
Ut Tua vita Tuo populo, qui Numine tantò  
Sceptra tenente viget, nullis conterritus armis.  
Æthereas quæ TE produxit lucis in auras,  
Fauستا dies stata sacra petit. Promptissima sanctas  
Ædes Eusebie pandit, consurgere pompis

Ar-

Ardua magnificis gestit, sua pulpita summis  
Laudibus assignat, Tibi cras, DUX Magne, parandis.  
Nil prisca decoris, proavus quò Saxo refulsit,  
Perdere TE memorat. Bona, quæ divisa beatos  
Efficiunt, collecta tenes. Sese omnibus actis  
Inferit insignis PIETAS, qua splenduit olim  
Ensis ERNESTUS. Pro thure calentibus aris,  
Pro templis Dea tanta Tuo se corde recondit,  
Et procul hinc arcet, longè hinc foedisima pellit  
Numina, monstriferis quæ Tartarus edidit antris.  
Jugiter in varias Tecum se cingit in usus  
JOANNIS Primi CONSTANTIA, futile  
ne quid

Infirmumque geras. Ea TE, ne prospera flatus  
Attollant nimios, animum nec turbida frangant  
Fata, docet. Vultu GRAVITAS immota sereno  
Emicat: Hæc roseo pulchrè permixta pudore  
Instruit, ut nunquam fastu quid turgidus altò  
Dicas. TE quoties vidi, spectare vacavit  
Tranquillum vultu, sed majestate serenâ  
Mulcentem radios, submittentemque modestè  
Fortunæ vexilla tuæ. Fastidis inanes  
Pompas, inque animo pompâ meliore triumphas.  
Nil nisi maturum loqueris, lascivaque trudis  
Agmina scurrarum, citharæ nec prandia cantu  
Permiscere soles. Cunctis quis cernere curis  
Te vacuum potuit, totâ quis mente remissum?  
Sic & Saxonico JOANN- FRIDRICUS in orbe  
Septemvir nituit crucifer: Vel Cæsaris ira  
Obstupuit, capti Grauitas ubi tanta micabat,  
Omnes

Omnes præterea, quarum delubra fuere  
Pectora majorum, puro quæ crimina pellunt  
Ore Deæ, junxere choros, unoque receptæ  
Corde tuo ejiciunt, quicquid deforme videtur.  
JUSTITIA utilibus rectum præponere suadet,  
Communesque sequi leges: Hac ipse magistra  
Evehis eximios, lectos ex omnibus oris,  
Ac meritum proprium, nunquam cunabula, quæris.  
Hac urgente Deâ procul importuna fugatur.  
Ambitio, quæ vestibulis foribusque potentum  
Excubat, & precii commercia pofcit honorum:  
Hac regnante Deâ non infidiator oberrat  
Facturus quemcunque reum: Non obruta virtus  
Paupertate latet, magnis nec inertia surgit  
Divitiis, sed colla levant despecta Camœnæ.  
Justitiæ stimulos validos & semina tantæ,  
DUX auguste, Tibi JOANN-GVILELMUS,

in amplo

Ordine majorum PRIMUS, fuggerat olim,  
Cum meditareris mores & facta parentum  
Sedulus: Hunc loquitur fastorum pagina, Juris  
Quod fuerit custos, & servantissimus æqui.  
TE quoque JOANNIS, præcella in stirpe SE-  
CVNDI,

Fleat TEMPERIES: hæc exhortante tenaces  
Transueheris cantus Sirenum, & marcida luxu  
Otia condemnas. Nunquam TE prava libido  
Cepit, Luxuries nunquam TE blanda fefellit,  
Quæ dulces fucata genas & amicta dolosis  
Illecebris torvos auro circumlinit hydros.

IIla

Illa voluptatum multas innexuit hamis  
Illustres animas, captasque ad crimina traxit  
Horrida, cum cunctos hebetet caligine sensus.  
Hæc pestis, sceleris varii hæc foedissima nutrix  
Arce Tua excessit penitus : Non pocula turgent  
Plena mero; dapibus non indulgere juvabit,  
Lætitiæ jubeat nisi publica causa paratum.  
Conscia præteriti, fati præfaga futuri  
GVILELMI Magni ducit PRVDENTIA,  
ne quid

Inconsultus agas. Venerandi more parentis  
JOANN-ERNESTI vigilas, ne æraria vanæ  
Expensæ lassent. Carè non prodigus æris  
Sidonias coëmis chlamydes, & cingula baccis  
Aspera, gemmatasque togas viridesque smaragdis  
Loricas galeasque renidentes hyacinthis,  
Vulgari velare humeros contentus amictu.

Tantæ, quæ solis radios fulgore laceffunt,  
Dotes attonitam valere impellere mentem,  
Ut rudis eloquii texam præconia laudis.  
DUX, quia terrenos fines virtute relinquis  
Humanosque modos, immensâ es laude ferendus.  
Iste dies, qui TE felici protulit astrò,  
Semper honoratus nostris celebrabitur oris  
Omni nobilior lustrò, cui gloria soli  
Contigit exactum nunquam memorata per ævum,  
Inscribent illum variis in floribus horæ  
Longaque perpetui recolent in secula fasti.  
Sed Tua quæ, PRINCEPS, pensabunt facta  
coronæ?

Quæ

Quæ Tibi pro tantis benefactis munera solvet  
 Obstrictus populus? Quæ vox profusa decorem  
 Virtutis capiet, quâ rv subvectus in altum  
 Æmula vicinis fastigia conferis astris?  
 Magniloquos, fateor, virtus Tua poscit Homeros,  
 Et qui magnanimùm dotes attollere regum  
 Sueti terrificò super intonuere cothurnò  
 Acvehemente movent vocum torrente, Marones.  
 Ast cùm deficiat me proflua copia fandi,  
 Mens pia sufficiat, faustumq; bonumq; precemur,  
 Libremusque Tuæ pondus venerabile famæ.  
 Vos, quæso, Proceres vestros conjungite plausus  
 Sanctis, quæ meditor, votis, asurgite nostris  
 Vocibus, ac templum speciosâ implete coronâ.  
 Tu quoque tota cohors Musarum publica funde  
 Vota, Piumque DVCEM, cui semper maxima cura  
 Artis Pieriæ, celebra: Venerare curulem,  
 Quæ tibi procurat requiem, complectere dextram,  
 Quæ te vel refovet victu, vel jura tuetur,  
 Queis alios inter multos decorata refulges.  
 Aspice Iena DVCEM: devota suspice mente  
 Os sacrum, quod in ære colis, miraris in auro,  
 Quod tibi sermo meus describet lumine plenum  
 Æthereo, & Phoebi plusquam splendore coruscum.  
 Nostra DVCI pietas existet grata Sereno:  
 Gaudet enim virtus testes sibi jungere Musas,  
 Carmen amat, quisquis dignum quid carmine gesit.





2 D. B. V.  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
D O M I N I

**W**ILHELMI **F**ERNESTI

DVCIS SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MON-  
TIVM, ANGARIAE WESTPHALIAEQVE, LANDGRAVI  
THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRIN-  
CIPIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET  
RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINI  
DOMINI AC NVTRITORIS SVI CLEMENTISSIMI  
NATALEM,

*qui est trigesimus Octobris dies,*

in aede academica  
pro fide & pietate obnoxia

An. 1702.

devotissime celebraturus

EMIAE MAGNIFICVM  
R E C T O R E M  
OSQVE PROFESSORES  
CELEBERRIMOS

nec non

AC STUDIOLOS NOBILISSIMOS


um propositi ac benignam natalitiae  
orationis auscultationem

*officiose ac perhumaniter sollicitat*

ES PAVLVS HEBENSTREIT,  
istoriaeque Ecclesiasticae Prof. P. Ordinarius, Consiliarius  
Saxonicus, Alumnorum Ducalium Ephorus, &  
Facultatis Theologicae

DECANVS.

J E N A  
YPIS CHRISTOPHORI KREBSIL



23. 30/10 02